

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

XXI. Die Martii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

illam adhuc si necdum fuisset ingressus: dolere verò se quòd eam non ci-  
tuus fuisset amplexus. Agerent ipsi quoque, ac ibi & ita viuerent vbi &  
prout mori vellent securius. Cordi haberent animæ suæ salutem quilibet,  
ac dilectam sibi Societatem. Omitto lachrymas, & reliqua quæ illo tem-  
pore fieri amant.

Cæterum ad extremum usque spi-  
ritum totus erat in humilitate, ac pre-  
tiosissimis occupationibus, virtutum  
selectarum. Interrogauit P. Provincia-  
dem, an petendum putaret ut sub ex-  
tremum illud tempus probè cæsus  
verberibus, humili collocaretur, cili-  
cio ac cinere cooperatus. Sanctos id  
olim flagitasse. At malle se idipsum  
obedientiæ natui submittere: nolle

enim se facere quandam velut pom-  
pam humilitatis suæ. Mereri tamen  
supplicium illo maius. Quare id con-  
cedendum aut negandum in eius ar-  
bitrio relinquebat, obediens usque ad  
mortem. Tenerimas Deo gratias a-  
gebat quid ad Societatem vocatus,  
admissus, ac in ea seruatus fuisset us-  
que ad mortem. Antequam extremo  
viatico muniretur, quatuor Professo-  
rum vota ritè nuncupauit, decimo  
Societatis initæ anno explero. Mor-  
tuum, frequentissima nobilitas, atque  
confluens conferta vis populi honora-  
rauit: at cadauer in loculo ligneo,  
præter communem morem, conditum est. Hæc, ac his plura de illo da-  
bit eius vita quæ in lucem edenda pro-  
pediem expectatur.

## XXI. DIE MARTII.

### P. G E R A R D V S F L O R E N T I I .

Belta Ant-  
werpia. 21.  
Mar. 1616.  
Etat. 50.  
Soc. 10.

Fides.

Conf. quotid.

**I**N Hollandia per octo annos expé-  
ditiones sacras obiuit impigritate  
non minore quam gnatitate viarum  
per quas hæreticos ad orthodoxæ fi-  
dei lucem adducebat. Morbo apud  
Prætorem Pagi cuiuspam simulato,  
ab eo perbenignè acceptus, licet igno-  
tus, adeò se insinuavit, ut ad religio-  
nem Catholicam, illum, & paulò post  
magnum vel etiam potissimum Pagi  
partem adduxerit, familiaris consue-  
tudinis facilitate potius quam fœlici-  
tate pro concione dicendi. Quicquid  
in se tenuissimæ cuiuscunque noxæ aut  
labis aduerteret, adnotabar, & si copia  
dabatur, confitebarur quotidie, idque  
semper è charta. Antuerpiam reuoca-  
tus, promptus paruit, paratus ad quā  
vis Prouinciam, seu munus è nutu

obedientiæ obeundum. Unde asylum  
erat omnium, & supplementum, quia  
& poterat & volebat. Ægro cuidam  
industriam nauabat sanus: & disertè,  
illi prædictis; se illo citius è vita dis-  
cessurum: id quod ipsa euentus veri-  
tas affirmauit. Triduo ante mortem,  
iam tunc æger, dixit se intra triduum  
obiturum.

### IOSEPH CLADERA COADIVT.

**C**Vm magno incundæ Societatis Hispanus  
desiderio portu, quam id quod Maioricæ.  
optabat aſſequandi ſpe, teneretur, eò  
quid se tanquam indignum, nec ido-  
neum, minime cooptandum putaret,  
celebris quædam à virtutis eximiæ  
fama fœmina diuinitus introſpiciens  
quid optaret, vel quid metueret. *Vade,*  
*ait, Joseph, Societatem Iefu Pete: nec time;*  
X impe-

21. Mar.  
1616. xx. 67.

imperabat. Paruit: imperauit. Mane Man. 1.  
Mortif.  
Oratio. gellando, diuina lectitando & orando ducebat.

## XXII. DIE MARTII.

P. FRANCISCUS  
RODRIGVEZ.

PETRVS COLET.  
COADIVT.

Hispanus  
Toleti. 12.  
Mar. 1627.  
xstat. 79.  
Soc. 26.  
Mortif.  
B.V.

Oratio.

Pauper.

Morbus.

**P** Claudio Aquauia per 20. annos fuit à secretis. Bis quothebdomadis (& in vigilijs Beatissimæ Virginis pane tantum frigidaque contentus) iejunabat ut orandi studio aliquid adderet, mane vñâ, vel alterâ, hora surgebat ante alios, & orabat, semper in ara maxima primo sacrificio operatus. In oðao multas horas ducebatur orans, coram SS. Sacramento. Singulariter illi lepor inerat sermonem familiarem serendi de diuinis rebus. Prærat domui professorum Toleti tanto, ad cæteram virtutem paupertatis exemplo, ut nullius coadiutorum vestis ueste illius fuerit deterior. Morbo supremo ineunte, de parata iam ad id charta, totius vita peccata recognouit, & expiauit, quotidie SS. Synaxi refectus, ad extremum usque diem, quo illam pro viatico immortalitatis accepit. Torum ægritudinis tempus, in alta rerum omnium obliuione, præiosis cum Christo, & Beataissima Virgine (quorum imagines præ oculis habebat semper) colloquijs institutis expendit. Cadaver religiosis ordinum plurium humeris tumulo illatum.

**F**uit socius P. Emandi Augerij magno semper sinceræ, ac religiose simplicitatis exemplo. De hoc ita scripti interpretosis occupationibus mortuentum in Societate. Petrus Colet coadiutor morti proximus candidè dixit: vnum adhuc sibi quiddam in animo esse reliquum, quod Confessario non aperire timeret. Se nimurum ante annos aliquos, sextâ quadam feria Christi Crucifixi præsentis aspectu fruitum, dignatione optimi Iesu pendens è Cruce, sibiique blandè dicentis, fore ut post certos annos æternâ immortalium beatitudine frueretur. Videbatur Petro tempus necdum clapsum, atque adeò timebat (semper tam diuino nutui ad omne quod vellet animo promptus) ut ne omne id, quod adhuc supererat, temporis sibi sernaretur in purgatorio exigendum, ad eluendas noxarum poenarum. Ingenuâ simplicitate, quamuis non sine vetustatis exemplo, Rectorem obseruit, ut iuberetur mori, desiderare se Christi exemplo ex obedientia mori. Iubere licet detractari P. Rector, ingenio tamen extemporali, ac plane in arena sumpto consilio, Petrum solatus, ostendit quomodo ex obedientia mori pesset; si nempe moreretur animo exaggerato, plane ac sancte obediendi decreto illi optimi Dei, quo statutum est omnibus hominibus semel

Gallus 1.  
Mar. 1628.  
xstat. 69.  
Soc. 47.

Italus  
gaiachi  
Mar. 6.  
xstat. 69.  
Soc. 43.

Crucif.

Edu.